



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXXIX. Markgraf Ludwig d. R. vereignet der Stadt Woldenberg einen von  
Betkin von der Ost erkauften Wald, am 18. Juni 1355.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

Ottone Mornero, magistro coquine trans oderam, Haffone de Wedel de Valkenburg, Thiderico Mornero. Datum Soldin, Anno MCCCLV, feria tertia ante invocavit.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 120 und dem Steinwehr'schen Diplomatarium der Breslauer Universitäts-Bibliothek.

XXXIX. Markgraf Ludwig d. R. verzeignet der Stadt Woldenberg einen von Betkin von der Ost erkauften Wald, am 18. Juni 1355.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus Romanus etc. merice et silve proprietatem, cujus latitudo incipit a via, que ducit de villa Wolgast in sinistra parte ad opidum Hochczit usque ad fluvium, qui dicitur Zuche, latitudo vero a finibus, distinctionibus et limitibus villarum Wolgast, Lammerstorp et redentyn et terminorum usque ad mericam, que pertinet ad opidum predictum Hochczit, donavimus et donamus libere et pure prudentibus viris consulibus et universitati Woldenberg, fidelibus nostris dilectis, propter servicia et obsequia nobis exhibita et eciam exhibenda a strenuo milite, nostro fideli dilecto, Betkino de Ost, a quo eandem mericam pro CC marcis vinkonensibus, XXX marcis minus, compararunt, qui Betkinus omni jure, utilitate, honore, commodo et fructu pro heredibus suis, quibus habuit, tenuit et possedit dictam mericam, ad utilitatem dictorum consulum et universitatis, In nostra et consilii nostri presencia, Renunciavit expresse, per eosdem consules et universitatem perpetue justo proprietatis titulo habendam, tenendam et pacifice possidendam, Renunciantes omni juri, quod nobis, illustri principi fratri nostro karissimo Ottoni, marchioni Brandenburgensi, et nostris heredibus in dicta merica competeat vel competere quoad dictam proprietatem potuerit in futurum. In cujus etc. presentibus Haffone de Valkenburg, magistro curie, Bethkino, militibus, Henrico de Valkenburg, Wedegone de Wedel, Ottone de Morner, magistro coquine, et Mornero, prothonotario, cum ceteris. Datum Lippene, Anno MCCCLV, feria V ante festum beati Johannis Baptiste.

Aus Diekmann's Urkunden-Sammlung des Königl. Geh. Staatsarchives f. 118.

XL. Markgraf Ludwig d. R. verzeignet Altären in der Pfarrkirche zu Friedeberg, welche dem dortigen Kaland angehören, Besitzungen zu Birckholz und Schönrade, am 29. Juni 1361.

Noverint etc. Quod nos Ludovicus etc. nostro et illustris principis Ottonis, marchionis Brandenburgensis, fratris nostri karissimi, nomine ob honorem et reverenciam omnipotentis Dei, gloriose ipsius genitricis virginis marie et omnium sanctorum et ut cultus divinus magis ac